

Capitulum. XVI Lectio. CLXXIX

et sibi plus quam hys arrogat. Ista mentis alienatione patiebatur merito pro sua superbia rex. Habu-
chodonosor. de quo Dani. iij. qui dixit deambulas in aula sua. Nonne hec est babilon magna quam ego edificavi domini regis in robore fortitudinis mee et gloria decoris mei? Et stant virtute dei electus est ab hominibus et cum feris vixit et passus est mentis alienationem et videbatur sibi quod esset bos in anterioribus et in posterioribus leo et post septem menses restituitur ad preces Daniels ad sensum: licet non staret ad regnum et tunc legitur sic visisse. Quod vis dei iudicia et gradus in superbia potest humiliare. Dani. iij. Cura vero frenetis in principio est evacuatio sanguinis et aliorum superfluo quod ad cerebrum ascendentes perturbat visum rationis. Et eodem modo verbum vel sermo dei ostendens nos vacuos esse ab omni bono spiritu ad nos attingit a deo habere quicquid boni fecerimus. et quod diu in frenetis superbie detinemur: a nobis sanitatem mentis recuperare non valeamus. iuxta illud Eccl. iij. Synagoge superborum non est sanitas. et ideo certe oportet nos sanguine superbie emittere et effundere superfluos humores rerum spiritualium et cum vera humilitate et firma fide currere ad deum. De quo dicit Luc. vi. Dis turbam querebat eum tangere. quivertus de illo exibat et sanabatur oes. **S**ecunda infirmitas spiritualis est ira. et hec copatur febri acuteco quod hinc est panis calorem primum et sitim magnam secundum Iohannem in li. vii. viati. ca. d. cerni. v. caufon. Et isto modo est de hoie iracundo quod stantim ad quolibet verbum calorem colere. sicut ostendit gestu verbis et vultu. hinc est sitim magnam semetipsum vindicandi et talis omni die ascendit omnia vicinos suos pro nihilo. Hanc infirmitatem patiebatur herodes qui videbatur quod illusus a magis esset iratus est valde. et mites occidit oes pueros qui erant in bethleem et in omnibus finibus eius. Et ecce precessit calor nimis et secuta est sitis irrationabilis vltionis. Ista infirmitate curatur sermo divinus predicatio de divina dulcedine et pietate dei. In cuius figuram legimus Mar. vi. quod discipuli vinebant micos oleo et sanabant. **T**ertia infirmitas est invidia. et hec copatur febri seu febricitanti. Febricitans namque modo calefit: modo frigescit. eodem modo invidus modo gaudet de adversitate bonorum: modo dolet de eorum prosperitate. Ista infirmitate patiebatur Saul. i. Reg. xvij. qui iuenculas audivit canere de dauid et ait. Mihi dederunt mille: et dauid decem milia. Ista infirmitas putrefacit interiora hominis. et cura eius est sermo divinus persuadens amicitiam et gratitudinem: quod sicut invidia est putredo sic: ita amicitia est sanitas. Prover. xij. Vita carniuum sanitas cordis. putredo ossium invidia. **Q**uartam infirmitatem spiritualis est accidia quod copatur paralysi: quod est membrorum dissolutio et debilitatio: ita quod motus debitus proficere non possunt patientes ea. Ista infirmitate patiebatur figurative loquendo ille qui xxxvij. annis iacuit an pi-

scina salutaris et nunquam descendit in eam ut sanaretur Job. v. et significat inueteratos dicitur malorum: quod continue iacet iuxta sacramentum confessionis et penitentiae: et nunquam curat intrare donec debeat mori. Ista infirmitas sanat pro valde calida: quod si ex vna parte considerat calor pene generalis: et ex alia parte calor charitatis christi excitans ad operationes virtutum: statim de tanta accidia poterit habere curam. Hier. iij. Conuertimini filii reuertentes et sanabo infirmitates vestras. **Q**uinta infirmitas spiritualis est avaricia et copatur hydrophi si secundum Bedam. cultus proprietatis est: quanto magis bibit tanta plus sitit. Et eodem modo avarus nunquam dicit sufficit. hanc infirmitatem patiebatur dicitur ille qui dicit Luc. xij. Destruam horrea mea et faciam maiora et illuc congregabo omnia que nata sunt mihi. Ista infirmitate sanat sermo divinus: persuadens elemosinas et opera pietatis Isa. lviij. Frange esurienti panem tuum: et egenos vagoque induc in domum tuam: et sequitur. Tunc eripiet quasi mane lumen tuum et sanitas tua cito orietur. **S**exta infirmitas spiritualis est gula et ebrietas: subvertens iudicium rationis et comparatur episteme: que facit hominem cadere corpaliter: spiritualiter autem et mortaliter ad omnia genera peccatorum cum sit ingressus et ianua omnium vitiorum. Ista infirmitate patiebatur dicitur epulo. Luc. xvi. qui inducitur purpura et bysso et epulabatur condie splendet. Lotus etiam inebriatur vitraque stilia cognovit Beth. xij. Quia hec est infirmitas quod nunquam sola venit. hanc sanat sermo divinus persuadens abstinentiam rationabilem. Eccl. xxxi. Sanitas est mentis et corporis sobrius potus. **S**eptima infirmitas est luxuria: et copatur lepre. eo quod generatur ex calore corrupto et deordinato. Et ista infirmitate patiebatur Salomo: quod habuit uxores reginas quasi septingentas: et concubinas trecentas: et cum iam senex esset depravatus est cor eius pro mulieres. iij. Reg. xj. Hec est infirmitas contagiosa et abominabilis. Una namque persona talis centum potest inficere. et hanc sanat sermo dei persuadens homini honestam societatem et penitentiam severitatem: et de uote omnis incontinentiam. Hec enim omnia ad curam huius infirmitatis exiguntur. In cuius figuram: maria lepra percussa per septem dies fuit exciisa a castris et non nisi ad orationem moysi sanata. Numeri. xij. dicente Moyses ad dominum. Deus obsecro: sana eam. Sic ergo sermo dei sanat omnia. In cuius figuram dicitur Luc. ix. quod christus convocans duodecim discipulis misit eos predicare regnum dei: et sanare infirmos.

Lectio CLXXIX
Gres domine qui vire et mortis habes partem. et eductis ad portas mortis et reductis. homo autem occidit pro malicia suam et cuius exterior spiritus non reuertetur nec reuocabit animam